



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 79. Cardinalis Medicæus de Hispanorum cunctatione conquestus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

pugnam instructæ persistent, & Fabritius Columna cum tertia equitum pedumque parte ad Renonis pontem procedat, ibique aggeribus, fossisque castra munit, ac tamdiu Gallorum iter retardet, donec eis exercitus occurrere possit, interea vero ex quavis centuria extrahantur milites, qui hinc urbem obsiderent, illinc cuniculos agerent, ac demum fossoribus opus absolventibus Columna revocaretur ad castra, totusque exercitus in duo agmina divisus, omni ex parte affultum in Bononiæ urbem faceret, donec expugnata esset.

Sæcul. XVI.
A. C. 1512.

Guic. l. 10.

§. LXXIX.

Cardinalis Medicæus de Hispanorum cunctatione conquestus.

Cum vero Cardinalis Medicæus intelligeret, decretum esse, ut Bononia toto armorum apparatu invaderetur, haud diffiteor inquit: „Oculorum meorum acies hebetata est, nec tamen „ usque adeo, ut Hispanorum artes perspicere haud possim; satis compertum „ habeo, Cardonnam & Navarram unice intentos esse, ut bellum ipsis summe proficuum cum dispendio ceterorum foederatorum protrahant, eo consilio, ut Sedes Apostolica, Venetique ærario, viribusque exhausti, sese „ Regis

Sæcul. XVI „ Regis Catholici arbitrio relinquere
A.C. 1512. „ compellerentur; enimvero Fœderati
 „ copias suas urbi Bononiensi admove-
 „ runt, Cardonna etiam eam expugna-
 „ tum iri fidem dedit, Navarra quoque
 „ se urbem evoluta viginti quatuor ho-
 „ rarum spatio Pontifici redditurum ja-
 „ stitavit, Julius quoque singulis diebus
 „ cursores ad castra transmisit, rei suc-
 „ cessum exploraturos, isti tamen sem-
 „ per Pontificem quæsitis excusationibus
 „ detinuerunt, jam vero ego ultra mihi
 „ vanis istis lenociniis illudi haud pa-
 „ tiar. „ Ad hæc Prorex morositate Na-
 „ tioni suæ propria respondit: „ Ecclesia-
 „ sticæ conditionis Viris nulla alia sit sol-
 „ licitudo, quam ut pro felici expeditio-
 „ nis eorum gratia susceptæ successu fer-
 „ vidas ad Deum preces fundant; de ce-
 „ tero rem gladio dirimere, militibus re-
 „ linquant, equidem præ omnibus Ec-
 „ clesiastici ad bella denuncianda prom-
 „ ptissimi sunt, eaque tamen vix cæpta
 „ jam peracta vellent; præterea Julius
 „ Regem Catholicum sollicitavit, eum-
 „ que fœderi, cujus successus anceps est,
 „ involvit, nunc etiam Hispanos suo mo-
 „ do agere permittat. „ Obmutuit Car-
 „ dinalis: Cardonna vero aliquot adhuc
 „ dies studiose flexuosas obsidionis fossas
 „ ducere cunctabatur, ne Medicæi expro-
 „ bratione stimulatus, opus maturare vide-
 „ retur.

retur. Tandem autem consilium mox ^{Sæcul. XVI.} _{A.C. 1512.} propositum effectui dare cæpit.

§. LXXX.

Affultum rupto cuniculo tentandi consilium.

Itaque Cardonna tormentorum, quæ in Romandiola erant, curam in se suscepit; Navarrus vero prope Castellionensem portam Castrensis operæ furnos suffodere jussit, ut ea ex parte, in qua erat Sacellum, cuniculus sub muro ageretur. Vingtiquatuor horas obsidentium labor tenebat, & jamjam muri ruina sexaginta perticis ampla, ultraquam ad affultum opus esset, patebat; nec tamen Fœderati in urbem irruptionem tentabant, cuniculum penitus absolvi præstolantes, eo fine, ut eodem tempore in duos ordines distributi ex una parte, quam tormentorum vis aperiebat, ex altera vero, qua cuniculus mœnia nudaret, civitatem invaderent, spe freti, præsidiarios, nequidem expectato affultu, deditioem facturos. Igitur de signo conventum, quo dato ruptoque cuniculo mox milites per muri ruinas penetrarent: revocatum etiam fuit expeditum illud agmen, quo Columna Renonis pontem tuebatur, ut totum exercitus robur in urbis excidium intentum esset. Ipse Navarrus cuniculo

Guic. l. 10. Paul. Jov.

Hist. Eccles. Tom. XXXII. X ignem